



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Scintillæ Ignatianæ, Sive Sancti Ignatii De Loyola, Societatis Jesu Fundatoris Apophthegmata Sacra

Hevenesi, Gábor

Coloniæ, 1715

VD18 10988289

25. Martij. Incredibilis est solatii: quoties divinis epulis accumbimus, toties non Christi tantùm, sed & Matris ejus sanctissimâ carne nos pasci. S. Ignat. ap. Lyræ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50423](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50423)

majori curâ servandus, & quâ dabit homi-
 commutationem pro anima sua? quam quod
 periculo facit obnoxiam, eam non æstimat.

Inter lucra, quæ tam avidè quæris,
 primum computa; dum alios ad pietatem
 animas, te non negliges; nec sinas alii
 tuâ institutione te fieri sanctiores. Cur
 ipsum inter vilia habes?

Pessima diligentia, quæ semper ad alia
 Cura tui omnibus curis est præponenda.
 Dete, à te ratio exigetur. Martha! Martha!
 sollicita es erga plurima! porrò unum
 necessarium; salutem tuam in tuto collige
 care.

25. Martii.

*Incredibilis est solatium; quoties divinis episto-
 lis accumbimus, toties non Christum
 tunc, sed & Matris ejus sanctissimam car-
 ne nos pasci. S. Ignat. ap. Lyra.*

QUæ Bernardi olim, hæc communis
 omnibus est lætandi materia, quod
 pasci à vulnere simul & ab ubere lactantis
 nobis concedatur. Caro quippe Christi
 caro est Mariæ.

Quanta dignatio bonitatis in Matre
 quanta bonitas majestatis in Filio! lætatur
 illi

illa, hic sanguine nutrit, se uterque dat,
ut nos recipiat. Qualis commutatio! ve-
cordes nos & salutis immemores! nisi
pacto stamus.

Æstima, ô homo conditionem tuam!
toties Christi sanguine, & Mariæ lacte
pastus, consanguineus tantorum es effe-
ctus, cave degeneri ad quisquilias affectu
cognitionem tam sanctam maculare!

Habent, quod invideant Angeli, qui-
bus hæc gratia nunquam accidit! Huma-
næ calamitatis hic asylum est; quem ter-
ret Majestas Judicis, hunc erigit pietas
Matris, quem arcet justitia, misericordia
invitat.

26. Martii.

*Amorem tui solum, Deus! cum gratia tuâ
mibi dones, & dives sum satis, nec quid-
quam ultra posco. S. Ignat. in orat. sibi
familiari.*

QUæstuosissimus ille amor est, qui sine
luero, cujus omnis fructus est ama-
re. Alii amores mercatus sunt, ubi tantum
recipitur, quantum datur, vilis, & abje-
cta hæc avaritia est; gratis amet, qui verè
amat.

Etiam